

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

Pro a. Licinio archia poeta

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

ORATIO

PRO A. LICINIO
ARCHIA POETA.

ORATIO XXVI.

Iquid est in me ingenū, iudices, quod sentio, quam sit exiguum: aut si qua exercitatio dicendi, in qua me nō inficior mediocriter esse versatum: aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studijs, & disciplina profecta, à qua ego nullum confiteor atatis meae tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo iure debet. nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium prateriti temporis, & pueritia memoriam recordari ultimam, inde vsq; repetēs, hunc video mihi principem & ad suscipiendam & ad ingrediendam rationem horum studiorum exitiisse. quod si hac vox huius hortatu praeceptiq; conformata, nonnullis aliquando saluti fuit: à quo id accepimus, quo ceteris optulari, & alios seruare possimus, huic profectò ipsi quantum est situm in nobis, & opem, & salutē ferre debemus. * ac ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quadam in hoc facultas sit ingenū,

PRO ARCHIA POETA.

genij, neq; hac dicendi ratio aut disciplina nec nos
quidem huic curæ studio penitus unquam dediti
fuimus, etenim omnes artes, quæ ad humanitatem
pertinent, habent quoddam commune vinculum, &
quasi cognatione quadam inter se continentur. * 3
sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in qua-
stione legitima, & in iudicio publico, cum res aga-
tur apud prætorem populi Romani lectissimum vi-
rum, & apud severissimos iudices, tanto conuentu
hominum ac frequentia, hoc vti genere dicendi, quod
non modo à consuetudine iudiciorum, verum etiam
à forensi sermone abhorreat: quæso à vobis, vt in hac
caussa mihi detis hæc veniam, accommodatam huic
reo, vobis, quemadmodum spero, non molestam, ve
me pro summo poeta atque eruditissimo homine di-
centem, hoc concursu hominum literatissimorum,
hac vestra humanitate, hoc deniq; prætore exercen-
te iudicium, patiamini de studijs humanitatis ac li-
terarum paulo loqui liberius, & in eiusmodi perso-
na, quæ propter ocium ac studium minimè in iudicij
periculo, tractata est, vti prope nonno quodam, &
inustato genere dicendi. * quod si mihi à vobis tri- 4
bui concedig, sententiã, perficiam profecto, vt huic A.
Licinium non modo segregandum, cum sit ciuis, à
numero ciuium, verum etiam, si non esset, putetis
asciscendum fuisse. Nam vt primum ex pueris ex-
cessit Archias, atque ab ijs artibus, quibus ætas pue-
rilis ad humanitatem informari solet, se ad scri-
bendi studium contulit, primum Antiocha (nam
ibi natus est, loco nobili & celebri quondam vrbe,
& co-

ORATIO

& copiosa, atque eruditissimis hominibus, liberatissimisq; studijs affluenti celeriter amecillere omnibus ingenij gloria contigit. post, in ceteris Asia partibus, cunctaq; Græciæ sic eius aduentus celebrabatur, ut famam ingenij, expectatio hominis, expectatio nem ipsius aduentus, admiratioq; superaret. *
 erat Italia tunc plena Græcarum artium ac disciplinarum: studiaq; hac & in Latio vehementius tum colebantur, quam nunc hysdem in oppidū, & hic Roma propter tranquillitatem reip. non negligebantur: itaq; huic & Tarentini, & Rhegyni, & Neapolitani ciuitati ceteriq; prænijs donarunt: & omnes, qui aliquid de ingenijs poterant iudicare, cognitione atq; hospitio dignum existimarunt: hac tanta celebritate fama, cum esset iam absentibus notus, Romam venit Mario consule, & Catulo: nactus est primum consule eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium atq; aures adhibere posset: statim Luculli, cum prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. sed enim hoc non solum ingenij ac literarum, verum etiam nature atq; virtutis fuit, ut domus, qua huius adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. * erat temporibus illis iucundus, Q. Metello illi Numidico, & eius Pio filio: audiebatur à M. Aemilio: vivebat cum Q. Catulo, & patre, & filio: à L. Crasso colebatur: Lucullos verò & Drusum, & Octauos, & Catonem, & totam Hortensiorum domum deunctam consuetudine cum teneret, afficiebatur sum.

PRO ARCHIA POETA.

summo honore, quod eum non solum colebant, qui
aliquid percipere aut audire studebant, verum et-
iam si quis forte simulabanti interim, satum longo in-
teruallo, cum esset cum L. Lucullo in Ciliciam pro-
fectus, & cum ex ea prouincia cum eodem Lucullo
decederet, uenit Heracleam: qua cum esset ciuitas
aquisimo iure ac sedere, adscribi se in eam ci-
uitatem uoluit, idq; cum ipse per se dignus puta-
retur, tum auctoritate & gratia Luculli ab Hera-
cliensibus impetrant. * data est ciuitas Siliani le-
ge & Carbonis, si qui federatis ciuitatibus ascripi
fuisent, si tum cum lex ferebatur, in Italia domi-
cilium habuisent, & si sexaginta diebus apud pra-
torem essent professi. cum hic domicilium Roma
multos iam antea annos haberet, professus est a-
pud praeatorem, Q. Merellum familiarissimum su-
um. * si nihil aliud, nisi de ciuitate ac lege dici-
mus, nihil dico amplius: causa dicta est: quid enim
horum infirmari, Gracche, potest? Heracleans esse
eum ascriptum negabis? adest vir summa auctori-
tate & religione, & fide L. Lucullus, qui se non o-
pinari, sed scire: non auduisse, sed uidisse: non in-
terfuisse, sed egisse dicit. adsunt Heracclienses lega-
ti, nobilissimi homines: qui huius iudicij causam cum
mandatis, & cum publico testimonio uenerunt:
qui hunc ascriptum Heraccliensem dicunt. Hic tu
tabulas desideras Heraccliensium publicas, quas I-
talico bello incenso tabulario, interisse scimus
omnes, est ridiculum ad ea qua habemus, nihil di-
cere,

D d cere,

ORATIO

cere, quare, qua habere non possumus: & de homi-
 num memoria tacere, literarum memoriam flagi-
 tare: & cum habeas amplissimi viri religionem, in-
 tegerrimi municipij iusurandum, fidemq; ea, qua
 depravari nullo modo possunt, repudiare: tabulas,
 9 quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. * At
 domicilium Roma non habuitis, qui tot annis ante
 civitatem datam, sedem omnium rerum ac fortu-
 narum suarum Roma collocavit. At non est profes-
 sus: imò verò hīs tabulis professus, qua sola ex illa
 professione collegioque pratorum, obvenit publi-
 carum tabularum auctoritatem. nam cum Appij
 tabulo negligentius asseruat e dicerentur, Gabini,
 quandiu incolumis fuit lenitas, post damnationem,
 calamitas omnem tabularum fidem resonasset:
 Merellus, homo sanctissimus, modestissimusque om-
 nium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum pra-
 torem, & ad iudices venerit, & vnius nominis lit-
 tura se commotum esse dixerit. his igitur tabulis
 10 nullam litteram in nomen A. Licinij videtis. * qua
 cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubita-
 tis? praesertim cum alijs quoq; in civitatib; fuerit as-
 criptus. et enim cū mediocribus multis & aut nulla,
 aut humili aliqua arte pradtis, gratiū d civitatē
 in Graecia homines impertiebatur, Rhegnos credo,
 aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos,
 quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic sū-
 ma ingenij pradtio gloria noluisse. quid? cum cae-
 teri non modo post civitatem datam, sed etiam
 post

PRO ARCHIA POETA.

post legem Papiam aliquo modo in eorum municipi-
 orum tabulis irrepserint: hic, qui nec videtur qui-
 dem illi, in quibus est scriptus, quod semper se He-
 ractiensem esse voluit, reijcietur? * Census nostros
 requirit. scilicet: est enim obscurum, proximus cen-
 soribus, hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucul-
 lo, apud exercitum fuisse, superioribus cum eodem
 quaestore fuisse in Asia, primis Iulio & Crasso nul-
 lam populi partem esse censam, sed quoniam cen-
 sus non ius civitatis confirmat, ac tantummodo in-
 dicat eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro
 civitate: ijs temporibus qua tu criminari, ne ipsius qui-
 dem iudicio eum in civium Ro. iure esse versatum,
 & testamentum sapè fecit nostris legibus, & adijt
 hereditates civium Rom. & in ben. filijs ad ara-
 rium delatus est à L. Lucullo pratore, & consule.
 quare argumenta, si qua potes: nunquam enim
 hic neque suo, neque amicorum iudicio revince-
 tur. * Quares à nobis, Graccho, cur tantoperè hoc
 homine delectemur? quia suppeditat nobis, vbi &
 animus ex hoc forens strepitu reficiatur, & aures
 consuetudo desessa conquirent. an tu existimas aut
 supererere nobis posse, quod quotidie dicamus, in
 tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctri-
 na excolamus: aut ferre animos tantam posse con-
 tentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? ego
 verò fateor, me his studijs esse deditum ceteros pu-
 deat, si qui ita se literis abdididerunt, ut nihil pos-
 sint ex his neq, ad communem afferre fructum, ne-

D d 2 que

ORATIO

que in aspectum lucemque proferre: me autem quis
 pudeat? qui tot annos ita viuo, iudices, vt ab illis
 nullo me vnquam tempore, aut commodum, aut o-
 cium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit,
 13 aut denigante somnus retardarit. * quare quis tand:
 me reprehendat, aut quis mihi iure succenseat, si
 quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum
 ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad
 alias voluptates, & ad ipsam requiem animi &
 corporis conceditur temporis, quantum alij tribu-
 unt tempestiuus conuiujs, quantum demque alea,
 quantum pile, tantum mihi egomet ad hac studi-
 recolenda sumpsero? atq; hoc adeo mihi conceden-
 dum est magis, quod ex his studijs hec quoq; crescit
 oratio, & facultas: quod quantacunque in me est,
 nunquam amicorum periculis defuit: quod si cui le-
 uior videtur, illa quidem certè, quod summa sunt, ex
 14 quo fonte hauriam, sentio. * nam nisi multorum
 præceptis, multisquè literis mihi ab adolescentia
 suassissem, nihil esse in vita magnopere expeten-
 dum, nisi laudem atque honestatem: in ea autem
 persequenda omnes cruciati corporis, omnia peri-
 cula mortis atque exilij, parui esse ducenda: nunquã
 me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes,
 atque in hos profligatorum hominum quotidianos
 impetus obiecissem, sed pleni omnes sunt libri,
 plena sapientum voces, plena exemplorum vetu-
 stas: quod iacerent in tenebris omnia, nisi literarum
 lumen accederet, quàm multas nobis imagines,
 non

PRO ARC

quis ad inter-
 dicitur sumum
 & Latini ve
 in aduultu and
 item meam ipa
 um confirmabam.
 si summi vni, qu
 ant, istane doctri
 rudis fuerunt? d
 mare: sed tamen e
 multo: homines ex
 se, & sine doctri
 uno per se ipsos &
 fatcor: etiam illi
 que virtutem nat
 natura valuisse doc
 tando, cum ad nat
 accessit ratio qua
 illud nescio quid pre
 fere. * ex hoc esse
 videntur, diuina
 C. Laliu. l. Euri
 continentissimas:
 temporibus docti
 qui profectio se m
 que virtutem liter
 ad eorum studium
 tantum virtutem esse
 lectio sola petere

PRO ARCHIA POETA.

non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas, scriptores & Græci & Latini reliquerunt? quas ego mihi sēper in administranda rep. proponens, animum, & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium confirmabam.* quæret quispiam, quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes literis prodita sunt, istane doctrina, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? difficile est hoc de omnibus confirmare: sed tamen est certum, quid respondeam. ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, natura ipsius habitu propè diuino per se ipsos & moderatos, & graues extitisse fateor: etiam illud adiungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam, confirmatioq; doctrina, tū illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere.* ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri¹⁶ viderunt, diuinum hominem, Africanum: ex hoc C. Lolium. L. Furium, modestissimos homines, & continentissimos: ex hoc fortissimum virum, & illis temporibus doctissimum M. Catonem illum senem: qui profectò si nihil ad percipiendam, colendamque virtutem literis adiuuarentur, nunquam se ad earum studium contulissent. quòd si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studijs delectatio sola peteretur: tamen, vt opinor, hanc

ORATIO

animi remissionem, humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. nam cetera neque temporum sunt, neque aetatum omnium, neque locorum: haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant vobiscum, peregrinantur, rusticantur.

17* quod si ipsi haec neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari debemus, etiam cum in alijs videremus. quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscij mortuuper non commoveretur? qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus? * quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, (vitar enim vestra benignitate, quoniam me, in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cum literam scripisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de ijs ipsis rebus, quae cum agerentur, dicere ex tempore? quoties reuocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententijs? quae vero accuratè cogitataeque scripisset, ea sic vidi probari, ut ad veterem scriptorū laudem pervenirent. hunc ergo non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? atqui sic à summis hominibus, eruditissimisque acceptum. cetera

YATHIN

HO ARC

unquam fuit e
 emulor. per
 m. caetera, &
 dispartit. in
 nat. quatuor. ubi
 inere circumlat
 ur, iudices. sandi
 re. hac postea
 titulavit. (satis
 saepe in istis can
 onis in istis rebus
 reator? Homen
 suum. Chy. in
 Smyrna. vidi
 delibet. cum in
 alijs praetera
 ergo illi aliam
 im exp. in: na
 & legibus vider
 omne alim. fuit
 rit Archiam, ad
 braud. non
 git. & ipse illi
 videtur. in
 est. tam an
 atorum suorum
 ter. Iheronim
 dixit. an. cum
 aus. cum. in
 Titum optime

PRO ARCHIA POETA.

rarum rerum studia & doctrina, & præcepta, &
 arte cõflare: poetam naturã ipsã valere & mentis
 viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu
 afflari. quare suo iure nosse illo Ennius sanctos ap-
 pellat poetas: quod quasi deorum aliquo dono ar-
 te munere commendati nobis esse videantur. * sit igitur
 iudices sanctum, apud vos humanissimos homi-
 nes. hoc poeta nomen, quod nulla vnquam barbaria
 violauit, saxa ac solitudines vocis respondent: bestia
 sæpe imbranes cantus eduntur, atque consistunt:
 nos instituti rebus optimis non poetarum voce mo-
 ueamur? Homerum Colephonij ciuem esse dicunt
 suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetant,
 Smyrnaei verò suam esse confirmant: itaque etiam
 delubrum eius in oppido dedicauerunt: permulti
 alij præterea pugnant inter se, atque contendunt:
 ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam
 expetunt: nos hunc vicinum, qui & voluntate,
 & legibus nosse est, repudiabimus? præsertim cum
 omne olim studium atque omne ingenium contale-
 rit Archias, ad populi R. gloriam laudemq; cele-
 brandam. nam & Cimbricas res adolescens attingit,
 & ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia
 videbatur, iucundus fuit. * neque enim quisquam
 est tam auersus à musis, qui non mandari versibus,
 aterrum suorum laborum facile præconium, patia-
 tur. Themistoclem illum, summum Athenis virum,
 dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, quod acroama,
 aut cuius volentissimè audiret: eius à quo sua
 virtus optimè pradiicaretur. itaque ille Marius item

ORATIO

21 eximie L. Plotium dilexi, cuius ingenio putabat ea
 qua gesserit, posse celebrari. * Mithridaticum verò
 bellum magnum atque difficile, & in multa varie-
 tate terra marique versatum, totum ab hoc expres-
 sum est, qui libri non modò L. Lucillum fortissimū,
 & clarissimum virum, verum etiam populi R.
 nomen illustrant, populus enim R. aperui Lu-
 cullo imperante, Pontum, & regijs quondam
 opibus, & ipsa natura regionis vallatum: populi R.
 exercitus, eodem duce, non maxima manu, innume-
 rabiles Armeniorum copias fudit: populi R. laus est,
 urbem amicissimam Cyzicenorum, eiusdem consi-
 lio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac fau-
 cibus ereptam esse, atque servatam, nostra sem-
 per feretur, & pradicabitur L. Lucullo dimicante,
 cum interfectis ducibus depressa hostium classis, &
 22 incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis: no-
 stra sunt trophæa, nostra monumenta, nostri trium-
 phi, quare, quorum ingenijs hac feruntur, ab his po-
 puli R. fama celebratur. * carus fuit Africano supe-
 riori noster Ennius: itaque etiam in sepulchro Sci-
 pionum putatur is esse constitutus è marmore, at his
 laudibus certè non solum ipsi qui laudantur, sed et-
 iam populi R. nomen ornatur: in celum huius proa-
 uo Cato tollitur, magnus honos populi R. rebus ad-
 iurgitur: omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fal-
 uij non sine communi omnium nostrorum laude de-
 corantur, ergo illum, qui hac fecerat, Rudij homi-
 nem, maiores nostri in ciuitate receperunt: nos huc
 Heraclensem, multis ciuitatibus expetitum, in hac
 auiem

PRO ARIO

qui huius confite-
 re sibi si quid
 opum verum
 nec erat: pro-
 tibus sine gentibus
 ne continetur, qu-
 terra regnum de
 manuum nostrarum
 famam, penetr-
 rum rebus scribitur
 qui de vita, glori-
 & periculorum
 quam multas se-
 Alexander fecit
 cum in Syro ad-
 tumate, inquit, a
 pacem inane
 set ita idem tu-
 nomen etiam ob-
 cum virtute fore
 nem Mithridaticum
 concione melius
 fortes viri, sed
 gloria commo-
 gno illud clame-
 tuis R. archia-
 peratore ciuita-
 stia, cum H. off-
 pacem repone-
 cum ei illud

PRO ARCHIA POETA.

autē legibus constitutum, de nostra ciuitate eijcie-
 mus? * nam si quis minorem gloria fructum putat
 ex Graecis versibus percipi, quam ex Latina, vehe-²³
 menter errat: propterea quod Graeca leguntur in o-
 mnibus ferē gentibus, Latina suis finibus, exiguis sa-
 nē, continentur. quare si res ea, quas gesimus, orbis
 terra regionibus desiniuntur: cupere debemus, quod
 manuum nostrarum tela peruenierint, eodem gloria
 famamq; penetrare: quod cum ipsis populis, de quo-
 rum rebus scribitur, hac ampla sunt: tum ijs certē,
 qui de vita, gloria causa, dimicant, hoc maximum
 & periculorum incitamentum est, & laborum. * 24
 quā multos scriptōres rerum suarum magnus ille
 Alexander secum habuisse dicitur? atque is tamen
 cū in Sygeo ad Achilli tumulam astirisset, O for-
 tunate, inquit, adolesem, qui tua virtutis Homerū
 praconem inueneris: & verē: nam nisi Ilias exitif-
 set illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat,
 nomen etiam obruisset. quid? noster hic Magnus, qui
 cum virtute fortunam adaequauit: nonne Theopha-
 nem Mitylenaum, scriptorem rerum suarum, in
 concione militum, ciuitate donauit: & nostri illi
 fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quā ad
 gloria commoti, quasi participes eiusdē laudis, ma-
 gno illud clamore approbauerunt? * itaque, credo, si
 ciuis R. Archias legibus non esset, ut ab aliquo im-²⁵
 peratore ciuitate donaretur, perficere non potuit.
 Sylla, cū Hispanos, & Gallos donaret, credo, hunc
 petentem repudiaisset, quem nos in cōtione vidimus,
 cū ei libellum malus poeta de populo subiecisset,

D d §

quod

ORATIO

- quoddam epigramma in eum fecisset tantummodo alterius versibus longiusculis, statim ex his rebus, quas tunc vendebat, iubere ei primum tribui, sub ea conditione, ne quid postea scriberet. qui sedulitatem mali poeta duxerit, aliquo tamen premio dignam, huius ingenium, & virtutem in scribendo,
- 26 & copiam non expetisset? * quid? à Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos impetrasset? qui praferim vsq; eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubensis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederot, neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed pra nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloria ducitur, ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despicunt, predicari de se, ac nominari volunt.
- 27 * Decius quidem Brutus, summus ille vir & imperator, Aegypti amicissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum, iam verò ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare, quare in qua urbe imperatores propè armati poetarum nomen, & Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices à Musarum honore,
- 28 & à poetarum salute abhorreere, * atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo, & de meo quodam amore gloria, nimis acri fortasse, verum-

PRO ARCHIA POETA.

verum tamen honesto, vobis confitebor. nam quas res
 nos in consulatu nostro, vobiscum simul, pro salute
 huius urbis, atq; imperij. & pro vna civium, proq;
 vniuersa rep. gesimus, attingit hic versibus, atque in-
 choavit: quibus auditu, quod mihi magna res, &
 iucunda visa est, hunc ad persuadendū hortatus sum.
 nullam enim virtus aliam mercedem laborum peri-
 culorumque desiderat, prater hanc laudē & gloria:
 qua quidem detracta, iudices, quid est, quod in hoc
 tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos
 in laboribus exerceamus? * certe si nihil animus ²⁹
 praesentiret in posterum, & si quibus regionibus vita
 spacium circumscriptam est, eisdem omnes cogita-
 tiones terminaret suas: nec tantis se laboribus fran-
 geret: neque tot cura vigilijsq; angeretur: nec toties
 de vita ipsa dimicaret. num insidet quaedam in opti-
 mo quoque virtus, qua noctes & dies animum glo-
 ria stimulis concitat, atque admonet, non cum vite
 tempore esse dimittendam commemorationem no-
 minis nostri, sed cum omni potestate adagendam.
 * an verò tam parvi animi videamur esse omnes, ³⁰
 qui in rep. atque in huius vita periculis laboribusq;
 versamur, ut cum usque ad extremum spacium
 nullum tranquillam atque ociosum spiritum duxe-
 rimus, nobiscum simul moritura omnia arbitre-
 mur? an, cum fit atuas & imagines, non animorum
 simulacra, sed corporum, studiosè multi summi
 homines reliquerint: consiliorum relinquere ac vir-
 tutum nostrarum effigiem nonne multè male debe-
 mus, summi ingenijs expressam, & politā? ego verò
 omnia.

ORATIO

omnia que gerebam, iam tum in gerendo, spargere me ac disseminare arbitrabar, in orbis terra memoriam sempiternam. hac verò siue à meo sensu post mortem ab futura sunt, siue, vt sapientissimi homines putauerunt, ad aliquã animi mei partem pertinebunt, nunc quidem certè cogitatione quadam
 8¹ speq; delector. * quare conseruate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum studijs videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venustate: ingenio autem tanto, quantum id conuenit existimari, quod summorum hominum ingenijs expetitum esse videtis: causa verò eiusmodi, qua beneficio legum, auctoritate municipij, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cum ita sint, petimus à vobis, iudices, si qua nõ modo humana, verum etiã diuina in tantis negotijs commendatio debet esse vt eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi R. res gestas, semper ornauit, qui etiam his recentibus nostris vestrisq; domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturum esse proficitur, quiq; est eo numero, qui sæper apud vos omnes sancti sunt habiti, atque dicti, sic in vestram accipiat is fidem, vt humanitate vestra leuatus potiùs, quam acerbitate violentus esse videatur. * Qua de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterq; dixi, iudices, ea cõfido probata esse omnibus: qua non fori, neq; iudiciali consuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, à vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo, qui iudicium exercet, certè scio.

AD

AD P
 ET EQ
 TEQ

INEPT
 scio cu
 diu cr



diuitiam prou
 summa Lande
 rum inuicia
 supplicium
 inculsam con
 rissimam vesp
 est enim liber
 tate possit fr
 retribuere: illi
 probatur. hic
 graue securitate
 ra, sic vestri